

lestium beneficiorum gratia comprehendatur. Quibus permotus. Innocentius duodecimus, quo ferventius erga Matris amantissimam cultum Fidelium memoria exalcareret ejusdem Sancta Domina Translationem anniversariā solemnitate in totā Piceniā provinciā veneratam. Missā etiam et Officio proprio celebrari praecepit. Tu.

¶. Hæc domus (hæc domus es?) quem vasla palatia coli. Non tolerant, potui continuo Deum. ¶. Quem lotus non capit orbis, et cœli capere. Non poter. —Gloria. —Non. *Homilia Miraris quid Nazar. de Comm. Praefat.*

¶. O Dominus excellens, magnorumque aula beata Cœlicorum. Sibi quām delegit alma Paren. ¶. In terris cœlum si quis desiderat unquam, offerat hie Matri vota proceſse Dei. —Sibi.

Benedict. 8. Cujus immaculatam Conceptionem.

¶. Virginis Dominus misat, Christum quæ cepit ab astris, Quem non imensi caput teres orbita mundi. ¶. Nuntius è colis Angelus ante fuit. —Quem. —Gloria. —Quem.

Lectio 9.

Commemoratio B. V. Buricensis.

Gumpenberg. Imag. 269.
Miraculosa Imago Beatae Virginis Buricensis rudiſcula inventa fuit in arbore. Rustici Buricenses ante omnia sacellum fecerunt è ligno, conciliaturi sibi Virginem: Vigilante statim claruit miraculis non vulgaribus, quibus misero beavit. Accursus est non solum à Treverensis, sed etiam à Metençis, à Luxemburgensis, quin Lotharingios fama quoquè accivit tanto peregrinorum numero, ut eorum pieles templum requireret, quod

eleemosinis fuit structum anno millesimo quadringentesimo quadragesimo nono. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES.

HYMNS 149. Conti.

Tutela Picenū, Domus
Augusta bis et amplius,
Sit undequaque parvulus
Metata quamvis finibus:
Tecloto pauper et siti
Antiquitatis decolor.

Hanc ipsa pauperias decet,
Exilitas decet sua;
Infantis illa enim Dei,
Matrisque pauperias fuit,
Omni metallo ditior
Mundique regnus grandior.
Quin magnus et Nutritius
Cum IESU et alma Virgine
Ligna hic dolabat artifex;
Interque mortales inops
Opes tenebat celitum
Quas nescit humanus tumor.

Summis ab astris adfuit.
Delapsus olim aliger,
Ennumtans Matrem fore,
Quæ Virgo semp̄ mansera;
Illamque nesciam viri
Dei maritat Spiritus.

Patri perennis claritas
Qui librat orbis machinam;
Natoque Matris Virginis,
Cum Spiritu Paracito;
Tribusque compas Gloria
Eterna sit per secula. Amen.

CANON.

Ex Sexto Papæ Quinto.
Const. 34. Pro excell. An. 1586.
T. 4. p. 4. pag. 189.

436. Ecclesiam collegiatam Laurelanam sub invocatione Beatae MARIE Virginis Dei Matris fundatam, in cuius medium inest illud sacram cubiculum divinis mysteriis consecratum, in quodieta Virgo MARIA nata fuit, et ibidem ipsa ab Angelis salutata Salvatorem mundi de-

Spiritu Sancto concepit, ministerio angelorum illuc translatum» in Cathedrali sub eadem invocatione pro uno Episcopo Lauretanum cupando,... apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo erigimus et instituimus. Tu.

Cum 2. Vesper.

DIE XI. DECEMBR.

DE IV. DIE INFRA OCTAVAM. Semiduplex.

AD MATUTIN.

HYMNS 150. Brev. Gal.

Africa, quid ploras, Sion?
Depone cultus lugubres,
Antiqua cessat servitus:
Testare plausu gaudia.

Frustrâ profundi gurgitis
Tyrannus intentat minas:
Victus recedet et gravi
Prorsus catena considerat.

Primis negala saculis
Pax alma terris redditur:
MARIA dat laicos dies,
Rerum mutat ordinem.

Qualem MARIA, te canam?
O Virgo sole pulchrior,
Hebreas quas tellus tulit,
Tu sola vincis filias.

Vix dum parentis in sinu,
Jam plena vivebas Deo:
Castumque pectus ceperat
Ardere sacrī ignibus.

Doxol. de Octav.

Lection. 1. Noct. de ferid occur.

IN II. NOCT.

Sermo S. Amphiliocii Iconiensis Ep.
Oratio in S. Depar.

LECTIO 4.

Quod si quis censem nomine Christianus, fertque molesti, et velut veragine corruptus dolet ad Divam Virginis dignitatem illam, clarissimumque et proprium Deiparæ non men, vanè is, et ementia sanctitatis sibi appellationem, qui dogma-

tis dissentiat, blanditur. Nihil enim ipsi ex titulo, et quādam velut pietas informatione, commodi, ut qui ejus abneget virtutem, quando Dei regnum non in sermone, sed in virtute magnus ille preco pronuntiavit. Fuerit igitur utile ad pios et simplices confirmandos, brevi quādam quæſione cum adulterino et factio: sic enim mente prophanos compellare licet, exercitatione conserere. Tu. ¶.

LECTIO 2.

Cedo igitur percontabitus nobis: utrumque vel sensu iudaico, vel vi- rum, ita et Adæ conjugem inter- malis Opificis manibus fictam, dicentes legi divine assentiris? Et si quidem negaveris: nonne propterea à nobis, et scripturis extraneum existis? Sin autem affirmaveris, quid stulte à veritate dissentis. Deinde placitum in Sanctissimā Virgine ad communem salutem providet dispo- situm defectas, atque renuis? Qui enim antiquam illam, Virgininem si- ne probo condidit, ipse et secundum sine nota et crimen fabricatus est. Quique quod est deforis, pulchre fecit, etiam quod intus est ad domi- ciliū animæ sanctæ perornavit. Quod itaque suavissimum delectabilissimumque Deo viuum est. Tu. ¶.

LECTIO 5.

Duorum igitur alterum necesse est: aut velut qui Eve à Deo formationem promptè probèque confitearis, etiam quæ de illo sapientissime dicta est ex Virginis Incarnationem, qua, pī, ratione suscipe, adorare, si modo illorum vis esse particeps: aut tibi ipse, Judæi et infideli, velut qui illis adseparis, nomen impone. Non enim habent mores Ecclæsiæ, ut vita ancipiū animal generet. Nam Christiani, velut qui Deo morigeri sunt, et susciables, obediunt divinitus inspiratas Pro-

phefarum prædictiones, ita ubique de laudatissima Virgine clamantes: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimum. Deus in medio ejus non commovebitur. Et iterum: homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimum. Tu. §.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7. c. 1. 1.

Liber generationis IESU-Christi, Filii David, Filii Abraham. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Homil. 2. in Matthæum.

Duo sunt, quæ parunt quæstionem. Unum quæ causa sit, ut in generationum catalogo Virgo sileatur: alterum vero quæ ratione JOSEPH memoretur, cui certè nihil cum Christi generatione est commune. Videatur enim, et unum abundare et alterum deesse. Quid ergo dicemus? Quod ulique primum illud necesse fuerit memorari, quemadmodum ex David Virgo descendere. Unde hoc itaque dicemus? Audi ad Gabriel loquenter Dominum: vade ad Virginem desponsatam viro, cui nomen JOSEPH ex domo et familiâ David. Quid vis audire manifestius, cum ex domo et familiâ David illam Virginem esse cognoscas? Tu. §.

LECTIO 8.

Hoc enim declarato, illud quoque pariter ostendit, quod scilicet inde esset, et Virgo; quia ulique nequam justus iste patreter uxorem sibi aliund, quam unde lex præcipiebat eligere. Possimus vero aliam quoquæ et altiore quidem proferre rationem, ob quam parentes Virginis prætermisisti sun. Sed que ea est? Noluit Evangelista recenti adhuc tempore novi illius

admirandique partus Iudeis esse manifestum, quod Christus natus fuisse ex Virgine. Neque proprius noster hic sermo est, sed à nobis de Patrum, atque insigni virorum traditione susceptus. Tu. §.

LECTIO 9.

Commem. B. V. à Portu salvo.
Octav. Cap. in append. ad SS.
Siculus.

Panormi in Siciliâ colitur Deipara sub titulo à Portu salvo, eo quod versus annum millesimum quingeniesimum vigesimum quartum trimes siculas ab atrocissimâ tempestate erupserit sui ope, atque, Ipsâ dirigente, naves omnes incolumes ad Panormitanum portum deduxerit. Dux ab acceptum beneficium Virginem depingendam curavit, eo pacto, quo à se visa fuerat, sub antiquum arcum propè portum: sed autelâ omnium devotione templum Beatae Virginis à Portu salvo erigitur. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Pio Papâ Nono.

Const. Ineffabilis. Die 8. Decemb.
an. 1834.

437. Omnes norint quæntoperè solliciti fuérint Scororum Antistites vel in ipsius ecclesiasticis conventibus palam publicè profiteri, sanctissimam Dei Genitricem Virginem MARIAM ob prævisa Christi Domini Redemptoris merita nunquam originali subiactuisse peccato, sed præservatam omnino fuisse ab origini labo, et idecetero sublimiori modo redemptam. Tu.

Vespera u. in 2. Vesper. Concept.

DIE XII. DECEMB.

SEPTEM PRIVILEGIOR B. M. V.

Duplex.

Omnia, ut in die Concept. nisi trasferatur.

Oratio.

Deus, qui Beatam MARIAM semper Virginem ab omni prorsus labore, et virtutibus omnibus ornatum esse voluisti; praesta, quæsumus, ut qui septem ejus privilegia recolimus, ab omni nos peccato liberari, et gratiis ac virtutibus abundantier repleri mereamus. Per Dominum.

Lect. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

Ex verbis S. Bonaventura Ep. in Speculo. B. Virginis. Cap. 6.

LECTIO 4.

Possumus notare septem privilegia MARIE. Privilegium, inquam, immensis gratiis esse plenam soli MARIE à Deo concessum. Primum MARIE privilegium est, quod super omnes homines ab omni peccato sit purissima. Secundum, quod ipsa super omnes homines fuit gratia plenissima. Unde Hieronymus: cateris per partes, MARLE verò se tota infudit gratia plenitudi. Tu. §.

LECTIO 5.

Tertium privilegium est, quod ipsa sola Mater et Virgo incorruptissima est. Quartum est, quod ipsa sola Mater Filii ineffabilissima est, ipsa sola illius Filius Mater, cuius solus Deus Pater est. Mirum supra modum, quod tum maximum privilegium creaturae concessum est. Quintum est, quod ipsa super omnem creaturam Deo corporaliter fæmiliarissima fuit. Tu.

LECTIO 6.

Sextum MARLE privilegium est, quod ipsa super omnem creaturam apud Deum potentissima est. Unde Augustinus: Ipsa meritis existere Mater ejusdem Redemptoris. Septimum est, quod ipsa super omnes sanctos in gloriam excellentissima est. Hoc quippe privilegium, quasi non

natura, sed gratia, est Virgini MARIE. Tu. §.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam. LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas, extollens vocem quadam mulier de turbâ, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia S. Anselmi Episcopi.
Tract. de Concept. B. V. M. inter eus oper.

Poterat Deus de massa peccatorice naturam humanam ab omni labore peccati immunem facere, unde in unam personam sui suscepiteret, ut homo integer esset, et divinitatis sine nihil immiceret. Praedestinata fuit, et praordinata in hoc opus mirabile, et omnibus operibus Dei præstans, et inenarrabile, MARIA scilicet, illa magni maris nobilissima stella, hoc est, totius seculi illustratio, et omnium in tempestatibus diversorum casuum fitubantium indeficiens levamen et consolatio, nec non ab aeternæ mortis infernitu paventium, ac sub eius præsidio confutantium futum juventum atque redemptio. Tu. §.

LECTIO 8.

Te igitur, Domina, quam in tantum culmen prædestinavit, et exultit divina potentia, quam tot prærogativis dotavit cuncta disponens Dei sapientia, quam sibi Matrem elegit ad mundo subveniendum, ipsa omnium salvandorum ineffabilis misericordia: crediderim ne queso, te mortale peccati, qua per invidiam diabolî occupavit orbem terrarum in tuo conceptu potuisse occupare? Lect. 9. Tu namque ante omnem creaturam præordinata fuisti, ut omnium feminarum carissima Deum ipsum verum hominem ex tua carne procreares, ut omnibus post

sum Filium Regina celorum efficia, gloria regares, ut perditio mundo recuperationis adylum, et vita peregrini emolumenatum preparares. Tu. §.

LECTIO 9.

Commem. B. V. Caldefurnensis.
Spinelli, tract. defest. et templ. Dep.

Avarici Bilurquinum in Gallia, nostra Dominae Caldefurnensis Templum est possum proper insigne miraculum, quod annum circiter quingeniesimum quadragesimum sexum confligit. Cum enim puer Hebreus die Sancto Pascha una cum filii Christianorum Sacram Eucharistiam suscepisset, eaque de causa à parenti in ardente furnum conjectus, et obstructo furno clausus fuisse, tandem à Christianis locum reserantibus illasius reperitus; testatus est se ab ea qua in Christianorum templo filiolum brachis complectitur, servatum; quare eodem in loco templum à Calidofurno denominatum extruxit. Tu. Te Matrem.

Vesper. ut in 2. Vesper. Concept.

DIE VI. DECEMBER.

DE VI. DIE INFERA OCTAV.

Semiduplex.

AD MATUTIN.

HYMNE 151. J. M. Caryophil.
Non dat informem speciem Creator;
Condidit solem radii potalem,
Condidit lunam radis capacem
Corpore pleno.

Jussit è terra virides oriri
Semimum plantas gravido tumore;
Fixit è terra genus omne vivens
Semine plenum.

Viribus fixxit validis Adamum;
Fixxit ut proleme dare posset, Eman;
Quidquid creavit, voluit Creator
Robore plenum.

Summa plenum.

LECTIO 5.

Nec putas parum perlirine ad Virginem, quod non fuerit concepta in peccato. Haec enim gloria non minor est, nec specialior, quam quod Mater sit secundum carnem. Parum putas Virginis detrimentum, si dicas, eam vel per momentum fuisse captivam peccati, filiam perditionis, daemonio subjectam, communī macula infestam? Quomodo ipsa caput dialoli contrivit, si prius ab eodem contrita est? Absit, absit, ut talem maculam inferamus glorie nostrae. Tu. §.

LECTIO 6.

De immunitate à peccato: terra Sacerdotalis tempore famis non

Ergo Plasta MARIAM fatemur
Ante conceplam, sūt ut apta Mater,
Quis negat plenam radū? Quis ortum

Dicat inertem?

Laus sit aeternas sacrae Trinitati
Quae laborantem miserata mun-
dum,

Proximum Christi, praenunti Matre,
Nuntiat orium. Amen.

LECTION. 1. NOCT. de Feria.

Sermo S. Thomæ Arch. Valentini.
Concion. de Concep. B. V. M.

LECTIO 4.

Adjuvabit eam Deus manū, sed no-
solum manū Nativitatis, sedet dilu-
culo primo Conceptionis. Et propter
hoc Deus in medio ejus corde
non connovehiatur. Recedit Deus
à corde totaliter per mortale pec-
catum, mouetur autem paululum,
licet non deserat cor, per veniale
peccatum. A medio igitur ejus nec
punctum Deus per veniale com-
membritur. Propter quid? Quoniam
adjuvabit eam Deus manū diluculō.
Tu. §.

LECTIO 5.

Nec putas parum perlirine ad Virginem, quod non fuerit concepta in peccato. Haec enim gloria non minor est, nec specialior, quam quod Mater sit secundum carnem. Parum putas Virginis detrimentum, si dicas, eam vel per momentum fuisse captivam peccati, filiam perditionis, daemonio subjectam, communī macula infestam? Quomodo ipsa caput dialoli contrivit, si prius ab eodem contrita est? Absit, absit, ut talem maculam inferamus glorie nostrae. Tu. §.

LECTIO 8.

Et quemadmodum protoplastas ille
Adam de rudi terrā, et de adhuc
Virgine habuit substantiam; ita
recapitulans in se Adam ipse Ver-

Die XIII. Decemb.

489

fuit regi Pharaoni tributaria, de
qua orlus est Sacerdos in aeternum
Christus Dominus secundum ordinem
Melchisedech. Factus est ergo
in pace locus ejus. Id est, Virgo
in pace formata est: neque mal-
leus, ut supra commemoratur est,
auditus est in aedificatione excelsi
hujus templi. Malleus, inquam,
ille, de quo dictum est: contractus
est malleus universa terra; id est,
peccatum inficiens totam naturam
humanam, in Virgine habuit ex-
ceptionem; id est, contractus et
contritus est. Tu. §.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum
Matthaeum.

LECTIO 7. c. 1.

Liber generationis IESU-Cristi,
filii David, filii Abraham. Et reliqua.

Homilia S. Irinai Ep. et Martyris.

Lib. 3. contra haeres. c. 31.

Nec rex esse potest Christus, si JOSEPH filius fuissest, nec haeres secundum Jeremiam. JOSEPH enim Joachim, et Jechonia Filius ostenditur, quemadmodum et Matthaeus generationem eius exponit. Jechonia autem, et qui ab eo omnes addicati sunt à regno: Jeremias dicente; scribe virum humi abdicatum hominem, quoniam non augebit de semi-necessitate super thronum David, princeps in Iuda. Dicla sunt hae de Jechonia, Spiritu præscente ea, que à malis doctoribus dicuntur, uti dicant, quoniam ex semine ejus, id est, ex JOSEPH non erit natus, sed secundum reprobacionem Dei de ventre David suscitur Rex aeternus. Tu. §.

Ad Laudes et per horas.
Oratio. Ex Offic. Eccles. Gerundens.

Deus, qui Beata MARIE Virginis Conceptionem Angelo praenuntio Parentibus predixisti, praesta familiae tue praesentibus ipsius præsidis ubique muniri, cuius sa-
crae Conceptionis solemnitate laeta-
tur, et debita laude veneratur.
Per Dominum.

CANON.

Ex Pio Papâ Nono.

Const. Ineffabilis 8. Dec. 1854.

438. Patres Ecclesiæque Scrip-
tores celestibus edocci eloquiis ni-
hil antiquis habuerunt, quan in
libris ad explicandas scripturas,

bun existens ex MARIA, quae ad-
huc erit Virgo, recte accipiebat
generationem Adæ recapitulationis.
Quarè igitur non iterum sumpserit
lumen Deus, sed ex MARIA ope-
ratus est plantationem fieri? Ut
non alia plasmatio ut salvaretur, sed
eadem ipsa recapitularetur, ser-
vatâ similitudine. §.

LECTIO 9.

Commem. B. V. de Buzzano.
Gumpenberg. Imag. 188.

Buzzani in Italia, non longè ab
urbe Nola colitur. Imago Deipara
multis clara miraculis. Inventa
fuit in quadam puteo, ubi nunc est
templum, ipsa Virgine se revelante
quibusdam Naupibus, atque jubene
expressis verbis purgare puteum.
Naupi Virginis monitum centenariis
queri cœpta est à pī ci-
vibus intra pulres aquas non sine
accensis facibus. Opus itaque ag-
gressi, nec multum progressi inven-
nere sanctam Imaginem, quæ su-
bitò suum honorem habuit, et paulo
post etiam templum. Nunc autem
templo cœnobium Minimorum est
adjunctum. Tu. §. Te Matrem.

Die XIV. Decemb.
vindicanda dogmata, erudiendos
que fideles elucubralis summam
Virginis sanctitatem, dignitatem,
atque ab omni peccati labo integritatem,
ejusque præclarum de te
terrimo hoste victoriam multis
mirisque modis certatum prædicare
atque effervere. Tu.

*Vesper. Dupl. ut in 2. Vesp.
Concept.*

DIE XIV. DECEMBR.

S. M. IN ARA-CÆLI.

Duplex.

*Omnia ut in duabus Concept. nisi
transferatur.*

Oratio.

Præsta, quasumus, Omnipotens
Deus, ut qui sanctissimam Virginem MARIAM in Ara-cæli, vene-
ramus, ipsa intercedente, ad celestia regna pervenire possimus.
Per Dominum.

Section 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

*Spinelli de festis et templois
Deiparae.*

Sanctæ MARIÆ in Ara-cæli tem-
plum, cui Fralrum Minorum ob-
servantia conobium est adjunctum,
in ea capitulo parte sicut est, ubi
Octavianus Augustus proœcutori
jam aetate, accepto à Pithio Apoline
responso de puro Hebreo, eodem
que Deo, et omnium Domino ipsum
in tauraria detrudente, Romam ex
orienti reversus; aram maximam
extrixit cum hujusmodi latina in-
scriptione: Ara primogeniti Dei.
Tu. §.

LECTIO 5.

In hoc templo Imago Deiparae à
Sancto Luca depicta in summo al-
tari magna pietate colitur. Ibi etiam
lapis visitur insignis pedum vesti-
gii ab Angelo impressis, qui Ro-
mæ, humana specie aliquando ap-

paruit. Cum autem in urbe olim
virginis duo essent cenobia, seu Abi-
tacula, quarum Abbates in præ-
cipuis quibusdam festivitatibus Sum-
mo Pontifici celebrantur aderant;
hac Ecclesia Ara-cæli una erat ex
illis Abbatis, quam postea Leo De-
cimus Cardinalis titulum instituit.
Tu. §.

LECTIO 4.

Sermo S. Procli Arch. Constantin.

Orat. 1. in Laudib. S. V.

Quis vidit, quis audivit inhabita-
sc Deum in utero incircumscrip-
tè, ac eum, quem celi capere non po-
tent nullis arcatum angustiis,
ventrem Virginis comprehendisse!
O ularum, in quo communis homi-
num libertatis libellus compositus
est! O venter, in quo adversus mortem
facta sunt arma! O arvum,
in quo natura ipse colonus sine se-
mine spicam edidit! O templum, in
quo Deus Sacerdos effectus est, non
naturalm demutans, sed eum per
misericordiam induens, qui est se-
cundum ordinem Melchisedech.
Tu. §.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad
turbas, extollens vocem quadam
mulier de turbâ, dixit illi: Beatus
venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Damasceni.

*Orato 1. in B. V. apud Chrysogon
p. 966.*

Salutote, MARIA, dulcissimum An-
ne pignus. Quonam modo gravis-
simum tuum incessum exprimam?
Quonam modo amictum, quonam
modo oris tui vestitalem, semilem
in juvenili corpore prudentiam? Ne-
nestus vestitus molitatem omnem,
ac luxum fugiens, gressus gravis,
et sedatus, atque ab omni malitia

Die XV. Decemb.

491

remolus, mores severi, atque hilari-
tate temporali. Tu. §.

LECTIO 8.

Ia comparata eras, ut ad te nullus
viri accessus paterer. Tesis est metu-
sus ille, in quem ex iniustis Angeli
colloquio incidisti. Parentibus
mortiger, et dicto obedientis, animus
humilis in sublimissimis contemplationibus,
sermo jucundus ex leni
animæ propredigies, denique quid
aliud, quam Dei domicilium! Tu. §.

LECTIO 9.

Denique meriti te prædicanter Bea-
tam omnes generationes, ut ex-
mium humanæ generis decus, ac
præstantiam feminæ sexus, cuius
revera maximò ab modestia hanc,
pudoremque Virginem eximia ven-
nustas, ac singulare meriti dicenda
essel ornamentum. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Benedicto Papæ Decimo Tertio.
Const. 172. Quo sedes an. 1727.

Tom. XII. p. 193.

439. Precibus Procuratoris Ge-
neralis Fratrum Minorum Sancti
Francisci inclinati, indulgentis, ut
in Ecclesiæ Sanctæ MARIÆ de Ara-
cæli de Urbe unam utrinque sexus
Christi fidelium Archiconfraterni-
tatem sub invocatione et denominazione
Conceptionis Beatae MARIÆ
Virginis Immaculatae auctoritate
nostræ apostolica erigat atque insi-
tuat. Tu.

*Vesper. de sequenti, ut in 1.
Vesp. Concept.*

DIE XV. DECEMBR.

OCTAVA IMMAC. CONCEPTION.

Duplex majus.

Oratio.

Deus, qui propter eminentissi-
mam Filii tui dignitatem, Beatam
Virginem MARIAM, Matrem ejus
ac luxum fugiens, gressus gravis,
et sedatus, atque ab omni malitia

quesumus, ut nos ipsius Concep-
tum parissimum recolentes ab omni
iniquitate mundos tua gratia effice-
re digneris. Per eundem.

AD MATUTIN.

HYMNS 132.

Ut floret horumor decus
Candore puro lilium:
Color tibi, Flos Virginum,
Sic pura aeternus manet.

Ui sol decoro sidera
Splendescit umbra nescius;
Sic Virgo nullam pectori
Admills umbram criminis.

Ut luna celos recreans
Vinei tenebras lumen;
Sic tota fulges, et lumen
Sic nulla nox ledit decus.
Ut unda vitro purior
Vultum fideli exhibet;
Sic mentem perfectam Dei
Virgo refers imaginem.

Deo Patri. de Octav.

IN I. NOCT.

De libro Esther.

LECTIO 1. c. 15. 9.

Ingressa Esther cuncta per ordinem
ostia, stetit contra regem, ubi ille
residebat super solium regni sui,
indulxus vestibus regis, auroque
fulgens, et pretiosis lapidibus, erat
que terribilis aspectu. Cumque ele-
vasset faciem, et ardentibus oculis
furem pectoris indicasset, regina
corruit, et in pallorem colore muta-
to, lassum super ancillulam re-
climabat caput. Tu. §.

LECTIO 2.

Convertebitque Deus spiritum regis
in mansuetudinem, et festinus ac
metuens exilivit de solo, et suspen-
tans eam ulnis suis, donec rediret
ad se, his verbis blandebatur. Quid
habes Esther? Ego sum frater tuus,
noli mettere. Non morieris: non
enim pro te, sed pro omnibus haec
lex constituta est: accede igitur, et
tange sceptrum. Tu. §.

LECTIO 3.

Cumque illa reticeret, tuit auream Virgam, et posuit super colum ejus, et osculatus est eam, et ait: cur mihi non loqueris? Quae respondit: Vidi te, Domine, quasi Angelum Dei, et conturbatum est cor meum præ timore gloria tuae. Valde enim mirabilis es, Domine, et facies tua plena est gloriarum. Cumque loqueretur rursus corruit, et penè exanimata est. Rex autem turbabatur, et omnes ministri ejus consolabantur eam. Tu. ¶.

IN II. NOCT.

Sermo S. Thome Arch. Valentini.
Concion. de Immac. Concept.

LECTIO 4.

Potesit etiam ad immaculatam Virginis Conceptionem illa communis figura Esther applicari. Venit Esther, et ingressa est. Rex extenuit sceptrum, et tetigit eam, et ait: Quid habes Esther. Ego sum frater tuus, noli metuere. Non morieris, non enim pro te, sed pro omnibus hac lex constituta est. Non pro te hac lex constituta est, non morieris, ò Virgo, in ingressu. Liceat ingressus vita reliquis omnibus si in morte, et mors peccati janitor sit, in vita januæ omnes jugulans: non morieris tandem, quia Rex sceptrum extendit. Tu. ¶.

LECTIO 5.

Sceptrum regium Crucis Christi. Extenditur Crux, id est, virtus Christi à primo peccatore Adam usque ad ultimum futurum. Ecce quam extensa! Quos in extensione sceptri tetigit virtus crucis, à mortis contagio mundavit; sed Virgo ad ingressum animationis sue tetigit sceptrum; ergo super omnes preservata est, non ut reliqui, sublevata post animationem. Tu. ¶.

LECTIO 6.

Quod, ut stabilitur firmius, notan-

dum quod de Praecursore Dominus: Non surrexit major, inquit, inter natos mulierum Joanne Baptista. Quare, noui Virgo ex muliere nata est? Ergo Baptista illa major est Virgine MARIA. Solutio: inter natos mulierum, qui in animatione ceciderunt, et contraxerunt, et postmodum mundati et sublevati surrexerunt, non surrexit major Joanne Baptista. Sed Virgo sublevata inter omnes ne caderer, cum non egerit sublevari, auctoritas illi scriptura sacra in nullo derogat illius excellentia, quasi minor haberetur Praecursore. Tu. ¶.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7. c. 1. 1.

Liber generationis JESU-Christi, filii David, filii Abraham. Et reliq. Homilia S. Hieronymi Presbyteri.
Libr. i. Comment. in Matth.
Insaïa legimus: Generationem eius, quis narrabat? Non ergo potuisse Evangelistus Propheta esse contrarium, ut quod ille impossibile dixit efficiat, hic narrare incipiat: quia ibi de Generatione divinitatis, hic de Incarnatione est dictum. A carnalibus autem cepit, ut per hominem Deum discere incipiamus. Filii David, filii Abraham. Ordo praeposterus, sed necessariò commutatus. Si enim primum possuisset Abraham, et posleá David, rursus ei repelendum fuerat Abraham, ut generationis series texeretur. Tu. ¶.

LECTIO 8.

Ideò autem caeleris prætermissis, horum Filium nuncupavit, quia ad hos tantum facta est de Christo römissio. Ad Abraham: In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes, quod est Christus. Ad David: de fructu ventris tui ponam su-

persedem tuam. Judas autem genuit Phares et Zaram de Thamar. Notandum in Genealogia: Salvatoris nullam sanctorum assumi mulierum, sed eas, quas scripture reprehendit: ut qui propter peccatores venerant, de peccatoribus naescens, omnium peccata deleret. Tu. ¶.

LECTIO 9.

Commun. B. Virginis de Portillo,
Commentarior. Aragon. 1134.

Cosaraguae in Aragonia colitur Diva Virgo sub titulo de Portillo. Cum anno millesimo centesimo trigesimo quanto urbs obsideatur a mauris, machinis partem muri ita aggressi sunt, ut corrueret, preberetque hostiis viam, si nemo obsistere. Evenit autem concordia militum, ut nemo adverteret advenientes, et jamjam ingressuros. Sed ecce vigilans Deipara inter fulgores celestes, se conspicuum præbuit eo ipso in muri hiatu, quo se dense hostium turmæ contulerant: qui tantâ majestate territi pedem refulerent, non sine mutuâ cade fugamque instituerent sine lege, sine tube signo. Defuncti periculi vigilaverunt: queque contingenter à captiuis intellexere. Inde hoc templum Deiparae in tanti prodigi monumentum fuit structum. Tu.

Te Matrem.

CANON.

Ex Pio Papa Nono.
Const. Ineffab. Die 8. Decemb.
an. 1854.

440. Si qui secus ac à Nobis definitum est, quod Deus avertat, præsumperiat corde sentire, ii noverint, ac porr̄ sciant, se proprio iudicio condemnatos, naufragium circa fidem passos esse, et ab unitate Ecclesie defecisse, ac præterea facto ipso suo semel

penitus à jure statutis subjicere, si quod corde cœunt, verbo, aut scripto, vel alio quovis externo modo significare ausi fuerint. Tu.

Cum II. Vesper.

DIE XVI. DECEMB.

Officium fit de Ferid.

Canon primæ ut sequitur, quod etiā dicunt in festo, quod in hanc diem transferri contingat, si proprium non habeat.

Ex Decreto S. Rituum Congregat.

28. Sept. 1634. in Agens.
Tali 347.

441 In novem diebus ante Nativitatem Domini, ubi adest antiquissima consuetudo, vel concursus, potest decantari una Missa votiva solemnis B. MARIE Virginis quamvis in ipsis occurrat festum Divi Thomæ apostoli, et Dominica tertia, vel quartâ adventus, non omissa tamen conventuali, statutâ horâ decantandâ. Tu.

DIE XVII. DECEMB.

PIETATIS B. M. V.

Duplex.

Oratio.

Majestatem tuam, Dominae, suppliciter exoramus, ut qui pietatem Sanctissimæ Genitricis tuae devolè veneramus, pios nostri cordis affectus tibi presentare possimus. Qui vivis.

Lect. 1. Noct. de Fer.

IN II. NOCT.

Sermo S. Antonini Arch. Florentini.

De B. Virg. c. 18. §. 6.

LECTIO 4.

Pietatis actus sunt tres secundum Albertum. Primus est movere ad opera misericordiae. Secundus est Scripturæ non contradicere, sive intellectæ, sive non intellectæ. Tertius sancta honorare. Et in omni-

bis his Beata MARIA omnes viatores excellenter superavit... Pietas quæ moxebat Beatum Virginem MARIAM ad opera misericordiae, et compatiendum proximo erat non solum, quia imago Dei, sed quasi Deus, ex quo Deus factus est homo. Improprioportionaliter est pietas excellentius in ipsa Virgine, quam in omnibus aliis. Unde ad eam clamamus in antiphona: Ole mens! o pia! o dulcis Virgo MARIA! Tu. ¶.

LECTIO 5.

Secundus actus est non contradicere Scripturæ, sive intellectæ, sive non intellectæ, sed humilitate assentiri. Sed nulla magis pia in assentiendo omnibus Scripturis, et divinis Verbis, quam Beata MARIA: cum enim angelus sibi nuntiasset, quod erat supra omnem rationem, subito accepit dicens: Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Tu. ¶.

LECTIO 6.

Tertius actus est honorare sancta: unde et Job ait: Pietas est cultus Dei. Virgo autem, super omnes sanctas honoravit omnia, tempula, festa, Sacra menta, et cetera. Ipsa denique est, per quam omnes sanctæ sunt in caelesti gloriâ honorati, et coronati, quia per Filium ejus benedictum omnes glorificantur, et honorantur. Unde in Apocalypsi seniores et animalia quatuor mitiunt coronas suas ad pedes sedentis super thronum, quia ad humanitatem Christi per pedes significatam, quam traxit de Beatâ MARIA scimus se gloriâ et honore coronatos. Tu. ¶.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 2. 1.

In illo tempore: Nuptiae facie sunt

in Cana Galilææ: et erat Mater IESU ibi. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Dom. 1. post. Epiph. Serm. 1. Deficiente vino, dixi Mater IESU ad eum: Vinum non habent: Com passa est enim eorum verecundie, sicut misericors, sicut benignissima. Quid de fonte piætatis procederet, nisi pietas? Quid, inquam, mirum, si piatem exhibent viscera pietas? Nonne qui pomum in manu sua tenerum dimidiat die, reliqua diei parte servabil odorem? Tu. ¶.

Benedictio. Cujus Piatem collimus.

LECTIO 8.

Quantum igitur viscera illa virtus pietas afficit, in quibus novem mensibus requievit? Eam et ante mentem replevit, quam ventrem: et cum processit ex utero, ab animo non recessit. Durior fortasse, et austerior videri posset responsio Domini, sed noverat illa, cui loqueretur, et quis loqueretur, illa non ignorabat. *Lect. 9.* Denique, ut scias, quomodo responsum ipsum accepit, aut quantum de Filii benignitate presupseruit, ait ministris: quæcumque præseperit vobis, servate, et facite. Erant autem ibi lapidea hydria sex posita. Tu. ¶.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. de Salinis.

Camòs. l. 3. c. 11.

Una ab opido Massaneto de Cabrenys in Dioecesi Gerundensi è monfe, à quo nomen usurpat, saccum Delipare de Salinis exurgit. Imaginis in Specu inventæ, ut traditur, que Saculum adificandi occasionem dedit, et quæ anno millesimo quingentesimo nonagesimo in terram ex altari ab heretico dejecta, omnino fracta fuit, et in

Eritque nobiscum Deus.

Beata, cujus membris

Nascetur ille, civitas!

Domus beata, quæ prior

Tantum fovebit hospitem!

Beatiorem te canam,

O Virgo, quæ partu sacro

Desideratam languidis

Promes salutem gentibus.

Doxolog. de Tempore.

IN I. NOCT.

De Isaia Prophetæ.

LECTIO 1. c. 66. 7.

Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus ejus, peperit masculum. Quis audiret unquam tale? Et quis vidit huic simile? Nunquid parturiet terra in die una? Aut parturiet gens simil, quia parturivit, et peperit Sion filios suos? Nunquid ego, qui alios pareo facio, ipse non pariam, dici Dominus? Si ego qui generationem ceteris tribu, steriles ero, ait Dominus Deus tuus? Tu.

¶. Non auferetur sceptrum de Judâ, et dux de tempore ejus, donec veniat, qui mittendus est: * Et ipse erit expectatio genitum. y. Obsecro, Domine, mitte quem missurus es. —El ipse.

LECTIO 2.

Laetamini cum Jerusalem, et exultate in eâ omnes qui diligitis eam: gaudent cum eâ gaudio universi, qui lugelis super eam, ut sugatis, et repleamini ab ubere consolationis ejus: ut mulgeatis, et delicias affluatis ab omnimodâ gloriâ ejus. Quia hæc dicit Dominus: ecce ego declinabo super eam quasi fluvium pacis, et quasi torrentem inundantem gloriam genitum, quam sugatis; ad ubera portabimini, et super genua blandientur vobis. Tu.

¶. Salutare tuum expectabo Domine: * Quæ enim est expectatio

quantum lieuit reparata et in eo reposita, loco, alia ex alabastro jam ab anno millesimo sexcentesimo quadragesimo dignos honores accipit; quæ cum pluribus signis fulgeat, magno fideliūm accusu frequentatur. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Antonino Arch. Florentino.

Titul. 13. c. 18. §. 5.

442. Improprioportabiliter est pietas excellentius in ipsa Virgine, quam in omnibus aliis. Unde ad eam clamamus in antiphona: O clemens! o pia! o dulcis Virgo MARIA! Tu.

Vesperæ de sequenti.

DIE XVIII. DECEMB.

EXPECTATIO PARTUS B. M. V.

Duplex majus.

Hodie in 1. Vesper. inchoantur Antiphone maiores que dicuntur in Vesp. ad Magnific. et singula ante et post Magnific. duplicitur, etiam si nos frat de officio duplicit.

Die 17. Dec. ad Magnif. ant. O Sapientia, que in Virgineo et immaculato Corde Beatae MARIE Domum tibi aedicasti, et in ea septem virtutum columnas excidisti; veni ad docendum nos viam prudenter.

Oratio de Laudibus.

AD MATUTIN.

HYMNS 133. Brev. Par. S. Adest, Creator omnium, Sulpic. Jam plenitudo temporis: Nunc ergo quæmis missuris es, Mittas ab æterno siu.

Audimur: alta montium Sternantur ultræ culmina: Planamque mortales parent Suo Redemptori viam.

Propheta, quem prædixerat, En partus instat Virginis: Pax undè surget aurea

mea, nisi Deus? ¶ Expectabo Deum Salvatorem meum.—Quae.

LECTIO 3.

Quomodo si cui mater blandiatur, ilia ergo consolabor vos, et in Israhel consolabitimi. Videbitis et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra quasi herum germinabunt: et cognoscetur manus Domini servis ejus, et indignabitur iniurie suis. Quia ecce Dominus in igne veniet, et quasi turbo quadriga ejus redire in indignatione furorem suum, et increpationem suam in flamam ignis. Tu. ¶

¶. Expectabo Deum Salvatorem meum: "Audiet me Deus, et ciō veniet, et non tardabit." ¶ Expectamus humiles consolationem ejus.—Audiet.—Gloria.—Audiet.

IN II. NOCT.

Sermo S. Ildephonsi Arch. Toletani.
Ex libro de Virgint. B. V.

LECTIO 4.

Dominina mea, atque Dominatrix mea, Dominans mihi, Mater Domini mei, ancilla Filii tui, Genitrix Factoris mundi, te rogo, te oro, te quoquo, ut habeam Spiritum Domini tui, Spiritumque Filii tui, necon et Spiritum Redemptoris mei, ut de te vera et digna sapiam, vera et digna loquar, vera et digna, quacumque sunt, diligam. Tu. ¶. Spiritus.

LECTIO 5.

Tu enim es electa à Deo, assumpta à Deo, advocata à Deo, proxima Deo, adherens Deo, conjuncta Deo; visitata ab Angelo, benedicta ab Angelo, beatificata ab Angelo: turbata in sermone, attonita in cogitatione, stupefacta in salutatione, admirata in dictorum annuntiatione. Invenisse te apud Deum gloriam audis, et ne timeas juberis. Unde et tu fiducia roboraris, cognitione

miraculorum instrueris, ad novitatem inaudite glorie proverberis. Tu. ¶.

LECTIO 6.

De prole ab Angelo nuntiata es, et post futūm integrā et pudica manes. Certa Virginitas nobis propinatur, et nasciturum ex te sanctum Dei Filium, tibi ab Angelo evangelizatur, et qua sit nasciturus Regis potentia, mirabiliter intimatur. Quomodo fiat, queris, de origine interrogas, de ratione perscrularis, de experientia requiris, de ordine sciscularis. Tu. ¶.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 26.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeę, cui nomine Nazareth, ad Virginem desponsatam viro. Et reliqua. Homilia S. Chrysippi Presbyteri.

Orat. de S. Mar. Deipar.

Virgam Jesse semper virentem, que cuncto generi humano vitam pro fructu attulit, omni quidem tempore predicare, admirari et laudibus extollere convenient. Agile ergo, et nos etsi munera digna offerre nequimus, pro viribus tamen bonam voluntatem afferamus. Mox vero sumamus initium à verbis quas Gabriel apud eam fecit. Tu. ¶.

LECTIO 8.

Ave gratia plena, Dominus tecum. Ave, inquit, tuum enim est revera avere et gaudere: num verissime audire istud: gratia plena: quia tecum est universus letitia thesaurus, totius letitiae et gratiae Rex cum ancilla: cum speciosa inter mulieres speciosus forma p̄r̄ filii hominum: cum puellā impoluta qui sacrificat omnia. Tu. ¶.

LECTIO 9.

Tecum est Conditor omnium, te-

cum, inquam, ut ex te gignelur: tecum conceptione, ut ex parte tuo generetur: tecum velut Deus et homo. Hactenus Gabriel verbis salutationis finem imponit. Nos autem peropertum est modò, ut plurimarum prophetiarum faustas acclamations illi adserionamus, et dedicemus. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES.

HYMNS 154. S. Petri Dam.

Terrena cuncta jubilent,

Astra laudibus intonent:

Virginis ante thalamum

Laudes aternenni dramatum.

Hac Virgo Verbo gravida

Fit paradisi janua:

Quæ Deum mundo reddidit,

Cœlum nobis aperuit.

Felix ista puerpera

Eva lege liberrima,

Concepit sine semine,

Peperit absque gemitu.

Sit tibi laus, Altissime,

Qui natus es ex Virgine:

Sit honor ineffabili

Patri Sanctoet Flaminii. Amen.

Ad Benedict. ant. Ecce jam venit plenitudo temporis, in quo misit Deus Filium suum in terram: perfectientur in te, Domina, que dicta sunt tibi à Domino.

Oratio.

Deus, qui Verbum tuum in alvo Beate MARIE Virginis incarnari voluisti, ipsa intercedente, concede, ut illius venerandi Partus, cuius hodiernā die celebramus Expectationem, salutares consequamur effectus. Per eundem.

CANON.

Ex Concilio Toletano Decimo.
Ann. 636. c. 1.—Concil. T. 15.
p. 398.

443. Speciali constitutione sanctitur, ut ante octavum diem, quo natus est Dominus, Genitricis quo-

quę ejus dies habeatur celeberrimus, et praeclarus. Ex pari enim honore constat, ut sicut nativitatem Filii sequentum dierum insequitur dignitas, ita festivitatem Matris tot dierum sequatur sacra solemnitas. Tu.

Cum 2. Vesperis.

In Vesp. die 18. ad Magnific. ant. O Adonai, et Dux domus Israel, qui Moysi in igne flammæ rubi apparisti, et in utero virginis carnem suscipere voluisti, veni ad redendum nos in brachio extento.

DIE XIX. DECEMB.

DUBITATIO S. JOS. IN PRAEGR.

B. MARIE V.

Duplex.

Oratio. Br. Herd.

Deus, qui nos sacri Partis Beatæ MARIE Virginis annuā expectatione latificas; præsta praesenti familiæ tuae, ejas præsidis muniri, cuius solemnia sacra celebramus.

Per Dominum.

Lectio 1. Noct. feria.

IN II. NOCT.

Sermo S. Petri Paschasi Ep. et M.
Titul. 2. num. 168. pag. 118.

LECTIO 4.

Cum autem MARIA ab Angelo dicisset cognitam ejus Elizabeth concepit in senectute sua, in montana perrexit ad illam visendam. Et cum in domum ejus intrasset et ipsam salutasset, exultavit infans in utero ejus, et repleta est Spiritu Sancto Elizabeth, et exclamavit vocem magnam et dixit: Benedicta tu interior mulieres, et benedicit fructus ventris tui. Tu. ¶.

LECTIO 5.

Postquam autem Elizabeth peperit, reversa est MARIA in domum suam ad Nazareth. Cum autem JOSEPH videret MARIA uterum intumescere

re, illamque gravidam esse existimaret, turbatus est, et tactus doloris cordis intrinsecus, intra se dicebat: non ego cognovi eam: absque maculam illam ego judico, et absque peccato: nunquam de illa quid intellexi, quod alicuius oculos possit offendere. Quid igitur hoc? Quomodo absque viri coitu gravidari potest? Tu. ¶.

LECTIO 6.

Hac omnia in mente revolvens, magna affiebatur dolore: et cum esset iustus et nollet eam traducere, nec illius famam ledere voluit occulisse dimittere eam. Hac autem eo cogitante, ecce angelus Domini apparuit in somnis ei dicens: JOSEPH fili David, noli timere accipere MARIAM conjugem tuam: quoniam enim in eā natum est, de Spiritu Sancto est. Tu. ¶.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evar. gelii secundum Matthaeum.

LECTIO 7. c. 1. 18.

Cum esset desparsa Mater IESU MARIA JOSEPH, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Hom. 2. super Missus.

Cum ergo justas esset, et nollet eam traducere, voluit dimittere eam. Quare voluit dimittere eam? Accipe et in hoc non meam, sed Patrum sententiam. Propter hoc JOSEPH voluit dimittere eam, propter quod et Petrus Dominum à se repellebat, dicens: Exi à me, Domine, qui homo peccator sum: propter quod et Centuriō à domo suā eum prohibebat, cum diceret: Domine, non sum dignus, ut intres sub lectum meum. Ita ergo et JOSEPH indignum et peccatorem se repulans, dicebat intra se, à tali et à tantā non debere sibi ultra fami-

liare praestari contubernium, cuius supra se mirabilem expavescebatur dignitatem. Videbat et horribat divina præstitia cerissimum gentilem insigne: et quia mysterium penetrare non poterat, volebat dimittere eam. Tu. ¶.

LECTIO 8.

Sed quarē occulitē et non palam? Ne videficit divortī causa inquiretur, exigetur ratio. Quid enim viri iustus responderet populo duræ cervicis, populo non credenti, et contradicenti? Si diceret quod sentiebat, quod de illius veritate comprobareret, nomine mox increduli, et crudeles Judei subsanarent illum, lapidarent illum? Quando namque veritati credentes tacenti in utero, quam postea contempserunt clamantem in templo? Quid facerent nequum apparet, cui postmodum impias manus injecerunt etiam miraculam coruscantem? Merito ergo viri iustus, ne aut menfiri, aut diffamare cogeretur innoxiam, voluit occulisse dimittere eam. Tu. ¶.

LECTIO 9.

Sin verò aliter quis sentiat, et JOSEPH sicut Lominem dubitasse contendat, sed quia iustus erat, non huius quidem habilare cum ea propter suspicionem, nec lamen, quia plus erat, traducere voluerint suspectam, et ideo voluerit occulisse eam: breviter respondeo etiam sic dubitationem illam JOSEPH fuisse necessariam quia dívino meruit certificari oraculo. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex S. Joanne Chrysostomo.

Sup. Matt. c. 1.

444. O inestimabilis MARIE laus! JOSEPH plus creditis castitati quam utero intumescenti plus gracie quam naturæ: conceptionem

vidit, sed fornicationem non existimavit: possibilis eredebar multe rem sine viro concipere, quam posse peccare. Tu.

Vesperæ de sequent.

DIE XX. DECEMBER.

SS. UTERI B. M. V.

Duplez majus.

In Vesper. Antip. Capit. et orat. ut infra in Laudib.

HYMNS 133.

0 tu Beata pre omnibus
Virgo MARIA feminis!
Dei Genitrix inlata,
Nostris faveto laudibus.

Pudica cuius viscera
Sancto diaclita Spirili,
Davidis ortum semine
Regem fercenti seculi.

Beata, cuius viscera
Summo repleta Numine,
Terris alebant unicam
Terra celiisque gloriam.

Dozoologia de Tempore.

¶. Beatus Venter, qui te portavit.
¶. Et ubera, que suxisti.

Die 19. Dec. ad Magnif. ant. O Radix Jesse, qui sita in signum populorum, super quem confinebunt reges os sum, quem genites deprecabuntur, veni ad liberandum nos, nascens de Virginis Utero, jam noli tardare.

AD MATUTIN.

Invitator. Verbum Dei caro factum in virginali Utero, * Venite, adoremus.

HYMNS 156. Brev. Rom.

Castæ Parentis viscera
Cœlestis intrat grafta:
Venter Puellæ bajulat

Secreta, quea non noverat.

Domus pudici pectoris
Templum repente fit Dei:
Intacta nesciens virum
Verbo concepit filium.

Enititur puerpera
Quem Gabriel predixerat:
Quem ventre matris gesiens
Baptista clausum sonserat.
Dozoologia de Tempore.

IN I. NOCT.

Ant. 1. Benedictus fructus Ventris tui, et benedicta tu inter mulieres.

2. Venter tuis, sicut acervus tritici, vallatus liliis.

3. Fructum Ventris tui ponam super sedem David, et regnabit in domo Jacob in aeternum.

¶. In the projectus sum ex Utero.
¶. De venire matris meæ Deus meus es tu.

Lect. 1. Noct. de Comm. in Adv.

¶. Tu es, qui ex laxisti me de Ventre, * Spes mea ab uberibus matris meæ, ¶. Venter ejus eburneus, distinctus saphirus.—Spes.

¶. Quid dilecte mi, quid dilecte Uteri-me, quid dilecte votorum meorum? * Nescio qualiter in Utero meo apparui. ¶. Neque enim ego Spiritum et animam donavi tibi, et vitam et membra tua non ego ipsa confeci.—Nescio.

¶. Sum quidem et ego mortalis homo, simili omnibus, et ex genere terreni illius, qui prior factus est, * Et in Ventre Matis figuratus sum caro. ¶. Beatus Venter qui te portavit, et ubera, que suxisti.—Et.—Glor.—Et.

IN II. NOCT.

Ant. 1. Inventa est MARIA in Utero habens de Spiritu Sancto.

2. Ecce Virgo in Utero habebat, et pariet Filium, qui vocabitur Emmanuel.

3. In te confirmatus sum ex Utero Matris meæ.

¶. Beata viscera MARLÆ Virginis.

¶. Que portaverunt æterni Patris Filium.

Sermo S. Bernardi Abbatis.
In Deprecat. ad Virgin. glorios.

LECTIO 4.

Jam Uterum tuum, Domina, velut sacratissimum Dei vivi templum totus mundus veneratur. In eo salus mundi initata est, ibi decorum indutus est Dei Filius, ac preelecta spose sua Ecclesia formosus in stola candidâ exultanter occurrit, desideratum diu osculum preelegit, ac prædestinatas à seculo nuphas Virgo cum Virgine prelibavit. Tu.

¶ Beata Dei Genitrix MARIA, cuius viscera, inflata permanent post partum, * Nobis genuit Salvatorem sacerdotum. ¶ Beata quæ creditur, quoniam perfecta sunt omnia, quæ dicta sunt ei à Domino. — Nobis.

LECTIO 5.

In Utero tuo rupisti est paries iniunctiarum, quem infer cœlum et terram Protoplasterum inobedientia contraxerat. Ibi confederata sunt terrenis coelestia, et obviaverunt sibi in osculo pacis, quando in uam, eamdemque personam concurrerunt divinitas et humanitas: factumque est novum illum super terram, ut esset Deus homo, et homo Deus. Ibi magnus Eliseus in mensuram suscidi puerum se contraxit: Ibi antiquis dierum präelecto filio suo tunicae induit polvitam. Tu.

¶ Beata viscera MARIE Virginis, quæ porlaverauimus eterni Patris Filium, * Et beata ubera, quæ lacaverunt Christum Dominum. ¶ Extollens vocem quedam mulier de turbâ, dixit: Beatus Venter, qui te portavit.—Et beata ubera.

LECTIO 6.

In tuo Utero consilii providentia inescalus est hamus, qui ad extrahendum serpenteum antiquam

in hoc mare magnum de cœlo tractus est: Inde egressa est armilla aurea, ut perforaret maxilla Leviathan, ut evomeret mortuos non suos, quos ab origine mundi mortuos degluiverat. Horus delicarum nobis sacratissimus tuus Uturus, o MARIA, quia ex eo multiplices gaudi flores colligimus, quoties mente recolimus, quam magna multitudine dulcedinis tali orbi inde effulsiit. Tu.

¶ Magnum hæreditatis mysterium: Templum Dei factus est Uturus nescientis virum: * Non est pollutus ex ea carnem assumens. ¶ Sicut pluvia in vultu descendit, ut saluum faceret genus humankindum. — Non est.—Gloria.—Non est.

IN III. NOCT.

Ant. 1. Horus conclusus, Virgo MARIA, Venter tuus: puteus aquarum viventium.

2. Flumina gratiarum de Ventre tuo effluent cum impetu.

3. Emissiones Ventris tui paradiisus malorum punicorum cum pomorum fructibus.

¶ Venter tuus sicut acervus tritici.

¶ Vallatus liliis.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas, extollens vocem quedam mulier de turbâ, dixit illi: Beatus Venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia S. Bonaventura Episcopi.

Super caput 11. Luce.

Laudat hanc mulier Christum Dei Filium, extollens laudis ejus preconium ex beatitudine matris: quasi dicat: Beata mulier, quæ porlavat tam bonum Filium. Et recit, quia

decebat sexum feminorum sic lan- dare. Nec tamen feminas, imò etiā viros. Nam supr̄a dixit Virgo: ex hoc beatam me dicent omnes genera- tiones. Fuit autem Venter vir- ginis beatus propter tria privilegia, quia, ut dicit Bernardus, fuit sine corruptione fecunda, sine grave- dine gravida, et sine dolore puer- pera. Tu.

¶ Suscipe Verbum, Virgo MA- RIA, quod tibi à Domino per An- gelum transmisum est: «Concipes, et paries Deum pariter et homi- nem. ¶ Benedicula in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. — Concipes.

LECTIO 8.

Fuit etiā beatus propter tria miracula. Primum est conjunctio infinitè distantum: Deus enim ibi factus est homo. Creator creatura, Immensus parvus, Verbum infans. Secundum miraculum est, quia qui fecit ventrem, factus est in Ventre. Unde in Psalmis dicitur: Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei. Et post: Homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus. Ter- tium miraculum, quia qui continent omnia, continetur in Ventre: et ille ibi capitur, quem lotus non capit orbis. Tu. ¶

¶ Benedicta et venerabilis es, Virgo MARIA! Quæ de cœlo suscepisti prolem, et mundo genisti Salvatorem. ¶ Virgo, Dei Genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Quæ Gloria. Quæ.

LECTIO 9.

Nectantum beatificat Ventrem propter portationem, sed ubera propter lactationem, cum subjungit: et ubera, quæ suxisti. Ex quo datur intelligi, quod à solis uberibus Bea- tem Virginis lactatus fuit. Ideo au- tem junxit ista duo, ut ostendere-

El per horas antiphona.

1. Fluvius egrediebatur de Utero Virginis ad irrigandam uni- versam terram.

2. Fons horutorum, * pütēus aquarum viventium virginalis Ute- rus.

3. Haec est Virgo, * in cuius Utero omnis Ecclesia subarrata, coniuncta Deo federe sempiterno creditur.

4. O Uterum cœlo ampliore, qui Deum in te non coactasti.

5. O Uterum * impollutum ha- bentem circulum celorum, qui Deum in te comprehendens portasti.

CAPITULUM. Genes. 49. 25. Deus Patris tui erit adjutor tuus, et Omnipotens benedicet tibi be- nedictionibus coli desuper, bene- dictionibus abyssi jacantis deorsum, benedictionibus überum et vulvae.

HYMNS 157. S. Petr. Dam.
Dives MARIE gremium
Mundi gestavit pretium,
Quo gloriarnur redimi
Soluto jingo debili.

Quam Patris implet Filius
Sanctus obumbrat Spiritus;
Cœlum fiant castissima
Sacre Puellæ viscera.

Sit tibi laus, Altissime,
Qui natus es ex Virgine:
Sit honor ineffabili!

Patri Santoque Flamini. Amen.
¶ Beatus Venter, qui te por-
tavit.

¶ Et ubera, quæ suxisti.
Ad Benedict. ant. O Venter dif-
fusor cœli, terrisque amplior,

capacior elementis, quotum clau-
dit concludentem omnia, in quo
Deus gloriae reclinatur.

Oratio.

Exaudi nos, Domine, Sancte
Pater, Omnipotens aeternae Deus,
qui per Beata MARIE sacramen-
tum Uteri divinae gratiae obum-
brationem universum mundum il-
luminare dignatus es, praesta: ut
quod nostris meritis non valeamus,
eius adipisci prasidis mereamur.
Per Dominum.

AD PRIMAM.

Ant. Fluvius. *Capitul.* Deus Pa-
tris tui. *de Laudib.*

CANON.

Ex D. Andreä Cretensi.

Orat de Annunt.

443. Tu verè benedicta, quæ
tanquam paradiissum intra te con-
tinens ipsius Eden plantatorem
Christum, qui infinita virtute ex
almo Utero tuo prodiens, instar
fluvii, qualuor principis per Evangelium rigat faciem universe terre.
Tu.

AD TERTIAM.

CAPITULUM. *Luc. c. 1. 31.*
Ecce concipies in Utero, et paries
Filiū, et vocabis nomen ejus
JESUM.

¶. br. Venter tuus * Sicut acer-
vus tritici, — Venter. y. Vallantur
lilia. — Sicut. — Gloria. — Venter.
y. Venter ejus eburneus, y. Di-
stinctus saphirus.

AD SEXTAM.

CAPITULUM. *Luc. 1. 42.*
Et exclamavī voce magnā Eliza-
beth, et dixit: Benedicta tu inter
mulieres, et benedictus fructus Ven-
tris tui.

¶. br. Venter ejus * Eburneus.—
Venter. y. Distinctus saphirus.—
Eburneus. — Gloria. — Venter.
y. Beatus Venter qui te portavit.

¶. Et ubera quæ suxisti.

AD NONAM.

CAPITULUM *Math. 1. 18.*
Cum esset despota Mater IESU
MARIA JOSEPHI, antequā con-
venirent inventa est in Utero habens
de Spiritu Sancto.

¶. br. Beatus Venter * Qui te por-
tavit. — Beatus. y. Et ubera, quæ
suxisti. — Qui. — Gloria. — Beatus.

y. Benedicta tu in mulieribus.

¶. Et benedictus fructus Ventris
tui.

IN II. VESPER.

Antiph. de Comm. *Capit. de Laud.*

HYMNUS 158. *Brev. Rom.*

Quem terra, pontus, sidera
Colunt, adorant, praedicant,
Trinam regemant machinam
Clastrum MARIE bajulat.
Cui luna, sol et omnia
Deservint per tempora,
Perfusa eculi gratia,
Gestant pueras viscera.
Beata Mater munere
Cujus supernus Artifex
Mundum pugilio continens,
Ventrī sub arcu clausus est.

Beata celi munio,
Fecunda Sancto Spiritu
Desiderans gentibus
Cujus per alium fuisse est.

Doxol. de Tempore.

y. Quem lotus non caput orbis.

y. In tua se clausit viscera.

Div 20. Dec. ad Magnific. ant.

O Clavis David, et sceptrum donum
Israel, qui aperis, et nemo claudit;
claudis et nemo aperit: veni, et
educa vincitum de domo carceris, se-
dente in tenebris, et umbrā mortis.

die XXI. DECEMBER.

SS. ANNULI B. M. V.

Duplex.

Oratio.

Praesta, quesumus, omnipotens
Deus, ut qui nuptiale Annulum

Beatissime Virginis reclimus, ad
Sponsi coelestis nuptias, ipsā inter-
cedente, vocari mereamur. Per Do-
minum nostrum.

AD MATUTIN.

HYMNS 159. *Urban. VIII.*

Imbriferis arcus fulgens

In nubibus orbeum

Effera diluvii damna

Timere vetat.

Sic Deus Omnipotens voluit.

Decus, Annule, majus

Est ibi, quem supplex urbs

Perusina colit.

Es gemino constans

Arcu felicior index;

Nam pergit Virgo nuplia

Salutis cupus.

Virgine terre conjungens

Federis colum:

Hac duce non pelagi, non

Stygis unda nocet.

Gloria summa Patri,

Sit par tibi gloria, Nati:

Gloria sit compar,

Spiritus alme, ibi. Amen.

Lection. 1. Noct. de feria.

IN II. NOCT.

Lectio 4.

Bened. XIV. de Festis l. 2. c. 1.

n. 13.

Perusiae conservator. Annulus,
quem Beata Virgo, cum JOSEPHO
nupsit, dicitur induisse. Hunc An-
nulum sub Gregorio Quinto inventum,
quadrigentis octoginta qua-
tuor annis in Clusina urbe asser-
vatum in Perusinorum manus venisse
scribitur. Tu. ¶.

Lectio 5.

Apud Sextum Quarum lite et iu-
dicio Clusinos Annulum perseque-
toris; quibus à Joanne Baptista Sa-
bello Cardinali legitimo Pontifice illud
reddi jussit. Verum Sexto morte Pe-
sublati, Innocentius Octavus Pe-
rusianus eam causam adjudicavit.
Tu. ¶.

LECTIO 6.

Baldigh. 22. Januar. Kal. mar.
Annulum quem Sanctus JOSEPH
tradidit in Desponsatione Virgini
conjugi future, maxima cum ve-
neratione servant Perusini in cap-
sellā aurea sub undecim clavim
firmā custodiā, y que a totidēm
sua viris seu communitatibus as-
servanter. Plurimi claruit et clare-
rē modō miraculis. Non est ex ullo
metallo, sed ex onycha lapide, qui
in Palestina satis viles est. Tu. ¶.

Hymn. de Comm. pro Duplicit.

LECTIO 9.

Commemoratio Beatae V. à Partu.

Ex monumentis.

Roma in Ecclesiā Sancti Augustini
ingeniti cultu honores accipi quæ-
dam Deipara. Imago sub titulo à
Partu, quæ inter duas tempora januas
media extat. Statua est marmorea,
et sedens habet puerum stantem in
ulnis, levāque manu sustentat. Si-
nistro pede auro coopero devotorum
frequenter oscula suscipit. Magnus fit quotidiū ad eam curru-
sus, nec desunt miracula, ut ex la-
bellis ibi appensis appareat, neque
fidelium gratitudo, que ex diffi-
cili donariis aureis et argenteis,
que ibi quoquā conspicuntur, el
eluat. Lampades ante eam plures
continuū sunt accense. Tu.

Vespera de sequenti.

DIE XXII. DECEMBER.

ANCENSIO B. V. AB BETHLEEM.

Duplex.

*Si hoc Festum fuerit Dominica
impeditum, transferatur in diem seq.*
Die 21. Dec. ad Magnific. ant. O
Oriens, splendor lucis aeterna et
sol justitiae, Virgo intacta velut au-
orra validē utilans jam te praeocedi:
veni et illumina sedentes in tene-
bris, et in umbrā mortis.

AD MATUTIN.

IN I. NOCT.

De Micheâ Propheta.

LECTIO 1. c. 5. 1.

Nunc vaslaberis filia latronis: ob-sidionem possuerunt super nos, in virgâ percutient maxillam judicis Israel. Et in Bethleem Ephrata par-vulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui sit Dominator in Israele, et egressus ejus ab initio, à diebus aeternitatis. Tu.

¶. O meritis radians dic, Virgo, pulsas videbas Angelicos cursus ire, redire novos? ¶. Militiam celo cum te servare vicissim sentires animo, sapè levatâ manu. Angelicos.

LECTIO 2.

Propriet hoc dabit eos usque ad tempus, in quo parturiens pariet: et reliquie fratribus ejus convertentur ad filios Israel. Et stabit et pa-set in fortitudine Domini, in sublimitate Domini Dei sui: et convertentur, quia nunc magnificabitur usque ad terminos terræ. Tu.

¶. Quæ circa te acies, vel quan-dò iter ire parares, "Milia præ-gressus concomitando tuos? ¶. An-gelicos cursus ire, redire novos.— Milia.

LECTIO 3.

Et erit iste pax: cum venerit Assi-rivs in terram nostram, et quandò calcaverit in dominibus nostris, et su- scitabimus super eum septem pa-stores, et octo primates homines. Et pascent terram Assur in Gladio, et terram Nemrod in lanceis ejus: et liberabit ad Assur, cum venerit in terram nostram et cum calcaverit in finibus nostris. Tu.

¶. Praemia quanta uterum im-plebant et gaudia pectus, colorum Ariflicem, cum tua ferre! humus?" Quom tibi talis erat fletus honore novus? ¶. Quis te tunc sensus, Do-

mini pia Mater, habebat?—Quum.—Gloria. Quum.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bonaventura Ep.
In meditat vita Christi, c. 2.

Adveniente autem novem mensium termino, exiit edictum ab Imperatore, ut describeretur universus orbis, scilicet quilibet in civitate sua. Cumque JOSEPH ire vellet in ci-vitatem suam, scilicet Bethlehem; et sciret instare tempus partus sive Conjugis, duxit eam secum. Vadit ergo Domina huc longo itinere. Nam Bethlehem est propè Jerusalem per quinque vel sex milliaria. Ducunt autem secum bovem et asinum, et vadunt sicut pauperes mercatores bestiarum. Tu.

¶. Quid Michael faceret ductor sub principe celo, qualiter aui Raphael occursum impenderet almæ, "Te portante, Dei dum putat esse thronum?" ¶. Quid gereret Gabriel duntius ille sacer.—Te portante.

LECTIO 5.

Cum autem fuerint in Bethleem, quia pauperes erant, nam multi concurrenter pro eadem causa, ho-spitium inventire non posuerunt. Compateret hic Domine, et conspi-cale illam deliciam, et juvenem, quindecim enim erat annorum ex longo itinere fatigalam, et cum ve-querendâ inter gentes conversantes, quiescerent, ut quiescat, et non inveniunt: omnes licentiam cam, et socium ejus, et sic coguntur divertere ad quamdam viam coopertam, ubi ho-mines tempore pluviae divertabant. Tu.

¶. Credo alter cuperet plantis subteriore palmas, "Ille excusat alâ subtilidate viam. ¶. Duceret iste auras ne te gravis ureret as-tus.—Ille.

LECTIO 6.

Sermo S. Thomas Arch. Valentini.

Conec. in Christi Natio.

Descriptio præcipitur ab Augusto, et dum MARIA et JOSEPH descrip-ti veniunt in Bethleem, dispo-nente Deo, Christus ibidem nasci-tur, et vaticinium impletur. Cur hoc ita? Cur non potius Virgo Beth-leemita fuit, et illius incola ci-vitatis, ne in tenero saltem corpore, partui proxima tunc longam peregrinationem subire cogeretur?

Nempe, ut signato mysterio, ac-ciperentur digni, arcerentur indi-gni. Neque hic leviter angustia Vir-ginis praeterunda est, cum viena parti proprios dimittere, et alie-nas cogitare petere aedes: longam ter-re viam, et per montus exhalare regionem: Virgo, inquam, te-nera, et gravida, Virgo publici ne-scia, domum assuetæ, Virgo super omnes feminas prudenterissima. Tu.

¶. Iste ad fræna manum patiens, ne sarencia lapset, "Neu pes offen-dat pendula turba velat." ¶. Ille le-vans pennas verlat ut imber aquas. —Neu pes.—Gloria.—Neu pes.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum
Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 1.

In illo tempore: Exiit edictum à Cesare Augusto, ut describeretur universus orbis. Et reliqua.

Homilia Sancti Athanasii Episcopi.

*In description. Deipar. apud
Surium.*

Vides quâm exiguis verbis, quâm magna comprehenduntur mysteria? Dominus conceptus erat in ventre Virginis, et prima genitum Augu-sti edicto instituebatur descrip-tio. *Lect. 8.* Qui omnem naturam à se descriplam habet, quique Di-scipulis suis ait: gaudeite et exul-

tate quoniam nomina vestra scripta sunt in celo, ille suam ipsius Ma-trem parvis quibusdam Romanis coedibus describi voluit. Tu.

¶. Factum est in diebus illis, exiit edictum à Cesare Augusto, ut describeretur universus orbis. ¶. Et ibant omnes, ut profiterent sin-guli in suam civitatem. ¶. In pro-pria venit; sui autem non receperunt eum.—Et ibant.

LECTIO 8. Lect. 9.

Ibat etiam JOSEPH cum Virgine, partim adjutor, partim speculator omnium, qua futura erant: non quia Virgini adjutore opus esset, vel ei, qui conceptus in uero Vir-ginis portabatur; sed quia ejus de-sponsationis mysterio necessarius erat JOSEPH, ut Virgo, quasi sub viro esse crederetur, et res ipsa lateret diabolum. Tu.

¶. Ascendit JOSEPH à Galilæa de civitate Nazareth, in Iudeam in civitatem David, que vocatur Bethleem, "Eo quid esset de domo et familiâ David. ¶. Ut profiteretur cum MARIA desponsatâ sibi uxore prægnante.—Eo quod.—Gloria.—Eo quod.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Matritensis
de Exilio.

Gumpenb. Imag. 612.
Matriti in Hispaniâ colitur beata Virgo sub titulo de Exilio, olim propter vastationem Maurorum ab-scindita, et ab Eremita quodam inventa. Contigit enim, ut pilis lignis lusum facientes, una pilo-rum in serbōnē deciderit, ere-mitorio subjectam: cum extracturi ignem vident et flammam; quapropter Eremitan clamant, auxilio ejus ignem extinguntur. Ille pro-funditus in atrium descendit, et in-ter fulgores colestes hanc Deiparatuam extraxit, servaturus ipse,